

De his quæ mundo mi-

RABILITER EVENIUNT: VBI

de sensuum erroribus, & potentijs anime,

ac de influentijs cælorum, F. Clau-

dij Cælestini opusculum.

De mirabili potestate ar-

TIS ET NATVRAE, VBI DE

philosophorum lapide, F. Rogerij Ba-

chonis Anglici, libellus.

¶ Hæc duo gratissima, & non aspernanda opu-

scula, Orontius F. Delph. Regius Mathe-

maticus, diligenter recognoscebat,

& in suam redigebat har-

moniam, Lutetiæ

Parisiiorum.

Apud Simonem Colinaeum.

1 5 4 2.



Orontius Fineus del-

PHINAS, REGIVS MATHEMA-

ticarum interpres: Reuerendo ac erudito

Patri, Domino Ioanni ab Hange-

sto, Nouiodunensi epi-

sco digniss.

S. P. D.



INCIDERAT ALI-
quādo in manus nostras,
humanissime atq; doctis-
sime Pręsul, libellus qui-
dā Fratris Claudij Cęle-
stini, cui titulus erat, de ijs
quę Mundo sæpius eue-
nire solent, & miracula iu-
dicātur ab hominibus, ac

de cęlorum influētijs. Alium rursus paulopost ad-
sequuti sumus libellum, inscriptum de mirabili ar-
tis & naturę potestate, autore Fratre Rogerio Ba-
chone Franciscano, priori libello admodum conue-
nientē. Nam Cęlestinus ipse, tam eorum quę ab ip-
sa rerum natura, & potentijs fieri dicuntur animę,
ac sensus transcendere & sæpius illudere videntur

De his quæ mundo

MIRABILITER EVENIUNT, ET
de influentijs cæli, F. Claudij Cælestini opusculû.

PROOEMIUM.



Um aliquid mirabile contigerit vel insolitum, cuius causa nõ est in prõ-
ptu, recurrunt plurimi (qui scioli si-
bi videntur) ad cælum & influenti-
am cæli ignotam, tanquàm ad vlti-
mum & verè miserorum refugium:
deuoti autem, si bonũ est quod euenerit, Deo attri-
buunt: si malũ est, dæmoni. Quod plurimũ ex igno-
rantia est: eo quòd causas rerũ naturales aduertere,
vel inquirere non volunt, vel certè negligunt, aut
non valent pro imperitia. Aperiendum est ergo effe-
ctuum causas diuersas mirabilium, vel insolitorum,
qui vt plurimum contingunt ex errore circa causas
naturales. ¶ Intēdimus itaq; primo, de mirabilibus
quæ ex errore visiuæ potentiæ occasionem sumunt.
Secundo, quæ ex errore auditus. Tertio, quæ ex erro-
re gustus & tactus. Quarto, de nutritiua & digestiua.
Quinto, de generatiua & formatiua. Sexto, de errori-
bus linguæ & diuinationibus. Septimo, de operatio-
nibus animę. Octauo, de operationibus dæmonum.

Fratri Rogerij Ba-
 CHONIS ANGLICI, DE MIRABI-
 li potestate artis & naturæ, Libellus.



Estre petitioni respondeo. Nā li-
 cet natura potens sit & mirabilis,
 tamen ars vtens natura pro instru-
 mento potentior est virtute natu-
 rali, sicut videmus in multis. Quic-
 quid autem est præter operationē
 naturæ vel artis, aut non est humanum, aut est fi-
 ctum, & fraudibus occupatum. Nam sunt qui mo-
 tu veloci, membrorū apparentia, aut vocum diuersi-
 tate, aut instrumentorum subtilitate, aut tenebris,
 aut consensu, multa mortalibus proponunt miran-
 da, quæ non habent existentie veritatem: his mūdus
 plenus est, sicut manifestum est. nā ioculatores mul-
 ta manuum velocitate mentiuntur, & phytonissæ
 vocum varietate in ventre & gutture figmentis &
 ore formant voces humanas, à longè vel prope, put-
 volunt, ac si spiritus tunc humanè loqueretur, etiā
 fonos brutorū confingunt. Cause verò gramini sub-
 ditæ, & in lateribus terræ conditæ, ostendunt quòd
 vis humana est, & non spiritus, quæ magno fingunt
 mendacio. Cum verò in tenebris crepusculi vel no-

ferrum valde ignitū. deinde ponatur in eadē aqua in loco humido, aut suspendatur in vapore aquarū valde calidarum, & liquidarū. deinde cōgeletur ad solē. demū accipies salē petræ, & ar. vii. cōuertes in plumbum, & iterum plumbū eo lauabis & mundificabis, vt sit proxima argento, & tunc operare vt prius. Itē potabis totum sic. Sed tamen salis petræ L V R V Vo Po Vir Can Vtriet sulphuris, & sic facies tonitruum & coruscationē, sic facies artificiū. videas tamen vtrū loquor in ænigmate, vel secundū veritatē. & aliqui existimauerūt aliter. nam dictum est mihi, quòd debeas omnia resoluerē ad materiam, de qua habebis ab Aristotele in locis vulgatis & famolis, propter quod taceo. Et cū illa habueris tūc habebis plura simplicia & æqualia, & hoc facies per res contrarias & varias operationes, quas prius vocaui clauēs artis: & Aristot. dicit quòd æqualitas potentiarū concludit actionem & passionem corporum. Et hæc dicit Auerrois, reprobando Galenum, & hæc existimatur simplicior medicina quæ reperiri potest, & purior, & quæ valet cōtra febres & passiones animi & corporum, vilior quacunq;. Hæc qui rescribit habebit clauem quæ aperit, & nemo claudit: & cum clauserit, nemo aperit.

¶ Finis libelli fratris Rogerij Bachonis, ordinis minorū Anglici, de mirabili potestate artis & naturæ.